

id scio ad salutem fore adolescentibus, hac saltem in parte, per DEI gratiam, vobis fideliter serui.  
Quascunq; in meo seminario felicis naturae plantulae nacti fuerit, eas ita natiuer excolam cum DEO  
ut possint demum cum aliqua laude & gratia in vestrum optime constitutum vineum, quasi quaedam  
germana viui radices transferri. Valete. 3 Idus Nouembris. 1566. Duisburg.

Ecclesiae vestrae Studiosissimae.

Johan. Molang.

N. 158

Clariss. Doct. Sebastian. Heideck. Pax Christi.

[= Mscr. A. 12.

N. 86]

Clarissime doctor Franciscum tuum quando ita postulas ad me recepi, datuq; operam quae  
erit scitum in me ut tua prudentia intelligat, in eo liberaliter instituendo neq; fidem mihi  
neq; diligentiam defuisse. Est multum (ut ait Poeta) in teneris assuescere, promota nobis esset  
omnia, si puerilis institutionis fundamenta fuissent aut iacta feliciter, aut certe fideliter con-  
seruata, in ea statim aetate qua ut Grammaticorum Canonum molestias pro delectamento ha-  
bet: ita nunq; aspera est correctricem manum admouens. Constituimus ordinem à limine nimirum à  
primis Latinae linguae rudimentis. Hoc quidquid est tardius, si iuxta mecum adolescens poterit perse-  
qui, reliqua demum studia vestra maiori cum voluptate progredientur. Sed ante omnia DEO faciunda  
vota sunt, ut utriusq; conatus, meos scilicet atq; ipsius adolescentis, prosperare dignetur sua benedictio-  
ne. De pecunia ante sextum mensem non laboramus, cum ic exarserit. D. Doctor si erit commodum  
mittet Dalero: sexdecim, & rursum totidem anno elapso. Si volet DEVS & si viuimus, hos hyber-  
nos menses tres vel quatuor commorabimur hic ad ripam Rheni Duisburgi. Interea Bremenses  
si mihi meisq; adolescentibus immunitatem spondebunt, ab omni corruptela doctrinae, & cultuum  
sedata peste nouo demum vere ad functionem nostram nos reuocabunt. Sin quod magis credo,  
Spartanissimi reliquias pergunt excludere, nisi mihi Brabantia gratas compedes mitterit, isstius ad  
eos transibo. Vale Doctor vere doctissime. 3 Idus Nouembris. Duisburgi. 1566.

Tua D. Studiosiss.

Johannes Molanus.

N. 159

M. Jacobo mylio Heideck. Pax Christi.

[= Mscr. A. 12.

N. 87]

Jacobe Frater dilecte Gaudemus tibi isstius et uxori tuae omnia haec tenens secunda euenisse. Nos  
interea variè exercitij sumus. Gratias tamen agimus DEO patri nostro quod viuimus etiam nunc  
omnes qui Bremae in uno contubernio viximus, extra unum adolescentem Flandram quae Bre-  
mana pestis suffulit, is ante menses sex vel septem mendicans ad me confugerat, sonans ver-  
ba quaedam Latina non admodum concinne rogabat, ut sub meo tecto haurere posset. recepi in con-  
uictum, erat ingenio felicis, studio autem incredibilis paucis mensibus omnes aequales suos post  
se reliquit. Cuius multis moror? proposui ei doctrinam pietatis legebat semper vespere unum  
caput, donauit ei nouum testamentum latinum, ediscebat, quaedam alia studiosissime legebat, pla-  
ne ut transformari videretur. Cum autem iam clausa schola essent et me meo contubernales pau-  
latim desererent. A pueris in Brabantiam euntibus hunc nouo matello instructum volebam adiuu-  
gere. Forte Magister Henricus cum hoc meo consilio audisset (eius auditor erat) Dolendum  
est (inquit) illum puerum tam egregia natura sic amitti. Cuius facerem? Jam ancillas absolutas

rogauj. num auderet Flander ille annorum fortasse sexdecim meae domij custos relinqui usurg victu . 84. 199  
Dauemannij et meae domij lectum habiuery, maluit hoc adolefcenti facere quam in Flandriam reuerti, sed ne  
multis diebus post meam profectioem, pestilentia contagium in meis aedibus cum extinxit. Longius progr-  
dior quam intenderam, ualent reliquij. Toto hoc Octobrij fui apud D. Herbertum in Stockum. Ibi mi-  
ueni Petrum Sacl & Gerardum Dauemannum cui puerum illum commiseram alendum. Dixeram Dani-  
elji Cons. cum discederem Brema nisi remouendum curaret Cantorem illum quem mihi scit obiectum  
esse, ad impediendum quidquid pertinet ad religionis purgationem non esse me in posterum rediturum  
ad meam functionem. Hoc ita probe ab illo curatum est ut jam data sit Cantorij uxor. Affuit scilicet  
Gerardus cum in Schola remotis scammis hilarem sumerent, nuptiarum diem concionatores Lutheranicj  
cum Magistris (excipe Henricum & Rothardum) item cum multis ciuibz in tanto luctu publico poti-  
tantes, et saltantes. De Domino Johanne Otterstedio nimis vehementer accipit quod scripsi. Impulsus  
a vicinis nostris quos nesci (alter est magis nominis, alter disertus) compressit orationem suam diutius  
quam expediebat Ecclesia. Nam cum iam Franciscum & Cornelium sibi subduclor carneret, & sibi  
in eandem aedem adductum aemulum brassuicensem qui non dubitaret plenis tibijs smecronie Dolhine  
dissimulatores insectarij: uiriliter ei resistit, & spatio duorum aut trium mensium subinde e suggeste fu-  
sententiam suam de rebz controuersis liberrime professus fidente maxima parte Senatus inter clamore  
et ferricula menta Diaboli et membrorum ipsius. fatali pestilentia correptus e uiuis concessit. Cuius mortem  
cum nobis nuntiata esset, in aedibus Herbertij apud Osnobrugum ego largiter lacrumauj. Albertus  
hoc (inquit) funus Cornelij fugam tam cito subsequutum fatale futurum est Schola & Ecclesia.  
Scripsi illic eijs Epitaphium & per Dauemannum nisi Daniels, adscriberem sibi, nisi protus obru-  
tus essem literis scribendis. postulauj per Epistolam quia nondum ita sedata pestis est, ut peregrinor ui-  
uener possim reducere, ut Scholarcha sex reliquis Magistris Scholam committant. Et mihi interra  
expresse respondeant, uisintne amittere deturbatores illos Scholasticae uocationis per quos iam pridem  
nihil licuit boni facere, an mihi nuntium remittere, me ad utranq; indifferenter esse, neq; alia conditione  
esse ad Scholasticam munus rediturum. Hermannus Werenberch Senator ualide in aede ex qua hoc  
ipso id agente expulsus est D. Corn. Paucis diebus post mortem Johannis cum prandisset domij  
multa de nouis aedibus glorians quas apud ciuilem campum adificabat, egressus a meridie porta, una  
cum D. Johanne scultre. haud procul a mola commouery sibi sensit praecordia, mox cum se in pede  
mola collocasset, exiit pronus in faciem nec uocem edidit, nec deinde in terris fuit. Sic percussa  
Doming dorsum contemptoribus, nec tamen alij tam horrendis exemplis prudentiores fiunt. Multa  
Brema millia pestis sustulit, & fere optimos quosq;. Vale frater dilecte, et me tujs precibus Iuua. Sa-  
luta uxorem et Socerum et M. Francis. meus Socer et mea cara comuix te tuamq; saluant.

D. Daniels Cos.  
Gerard. Dauem.

Tribus adolefcentibus  
Duisburgj. 3. Idj Nouemb. 1. 5. 6. 6.

Jacobe Commeline, Alex. Blondello.  
Henric. Lantwer. Heidelberg.

Pax Christi.

N. 160)

Adolescentes animo meo iucundissimj qui me uestris officiosis & suauibus literis pariter honorastis,  
Jacobe Commeline, Alexander Blondelle, Henrice Lantwer. Tres strenujs militibz literaria exercitati-  
onis. Vestris vulgi uerbum una fidelia plures parietes. Cuius enim possit unj singularim respondere ta-  
multis? Omnes vos amo in corde meo, gratulor omnibz, omnes enim intelligo uno iugo mihi ad amplifica-  
tionem gloriae Dei, etsi autem ista atar solet inconsulta esse et improvida, de uobis tamen certum  
est credere, non ita vos rationis aut consilij imopes esse ut non cogitatis quotidie quantas opes & quantj  
pretij thesauror a uobis in posterum expellet Ecclesia qua non ignorat in hoc ipsum uos esse diuina prom-  
dentia segregatos ut cognitione artium ac linguarum non uestris commoditatibz, non huic saeculo malo, sed

[= h. 2er. 6. 19 = N. 88]